

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ociositas q
cum fonte primo

Mens ociosi nichil aliud cogitare
nouit quam de escis aut de uentre.

Iohannes Cassianus libro X. de spiritu
accidie.

mens enim otiosi nihil aliud cogitare
nouit quam de escis ac uentre,
donec inuenta quandoque sodalitate
cuiusdam uiri uel feminae aequali tepore
torpentis rebus eorum ac necessitatibus
inuoluatur et ita paulatim reddatur noxiis
occupationibus inretitus, ut tamquam
serpentinis spiris obstrictus numquam
deinceps ad perfectionem professionis
antiquae se ualeat enodare.

Iohannes Cassianus, *De institutis
coenobiorum*, 10, 6 (CSEL 17, M.
Petschenig ed., p.177, ll.9-15).